

August Varenius Catharina Fiedler

**Rector Universitatis Rostochiensis Augustus Varenius D. ... ad Exequias quas
Matronae ... Catharinæ Batten ... Dn. Constantini Fidleri ... Viduae ... Exanimo
corpori in aede Mariana condendo Reverenda moestissimorum Filiorum triga ad
diem XX. Maii qui in fastis est S. Athanasii solemnes parat ... Omnes omnium
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444690>

Druck Freier  Zugang



Varenivs, A.,
in C. Batte,
uxor. C. Fidler.

R. 167*2*.

79





RECTOR
VNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
AVGVSTVS VARENIVS D.

Serenissimorum Ducum Mekleburgico-

rum Consistorii Assessor, Director, & Pro-

fessor Theologus,

ad Exequias

quas

Matrone primarie

Parentis desideratissime



CATHARINÆ BATTEN,

venerandi olim Theologi, in sacrâ DOMINO æde
Marianâ Pastoris annosissimi, fulgidissimi, Ecclesiarum Rosto-
chienstium Superintendantis inclytissimi,

DN. CONSTANTINI FIDLERI, beatæ record,

posthunc terris exemplum, per XXIX. annos Viduæ, quinq;
circiter annis septuagenariâ majoris, quippe anno

cis 12 XCVII. d. 5. Decembr. natae

cis 12 LXXII. d. 26. Aprilis placidè denatae

Ex animo corpori in æde Marianâ condendo
Reverenda moestissimorum Filiorum triga,

ad diem XX. Maij

qui in fastis est S. ATHANASII

solemnes parat

persolvendumq; sic piè defunctæ supremum humanitatis officium
Omnes omnium ordinum Cives Academicos, eâ, quâ fas est,
autoritate & humanitate invitati.

AUGUSTINUS I. IX. confess. c. 13. de Matre Monicâ.

Sit in pace cum Viro (Patricio) ante quem nulli, & post quem nulli nupta est!

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. 1671.

1672



Viduarum, quæ quidem, decorè septavè pudicitiâ agerent, sanctum æstimatissimumque in Pandæcis divinis pariter ac secularibus cultiorum gentium servatur nomen. Acclamaturus DOMINI gloriæ surgentis, inque nostris mortalium animis impenetrabilem altitudinem Ascendentis Majestati, Vates in purpurâ sanctissimus, ac peculiari, qui numero fontium sexagesimus octavus est, Psalmo, monumentum ære perennius submisissime conditus, cumulatissimis in eodem hymno D E I in CARNE MANIFESTANDI magnificentissimis, tantoque throno ac triumfo accommodatissimis elogiis, omnibus ac singulis anteposuit blandissimum, quod post fulmen illud : *Surget DEUS, dispergentur inimici ejus!* v. 2. 3. post summam, dedicati Messiae Cantici, (*Cantate Deo Psallite nomini ejus!* v. 5.) in ipso statim limine collocavit D E I in habitaculo sanctitatis suæ, nomen : PATER PUPILLORUM ET DEFENSOR (vindex) VIDUARUM (v. 6.) Scilicet ne aliam quis vel immutatam in Θεον θρόνῳ præsumeret sive mentem, sive majestatem, quād quæ olim ad montem Sinai flammivomum, fumanterque, sic profunciaverat: *Nullam viduam aut orphanum affligote!* si quā afflictione affixeris eum (quippe si vel tantillum clamet ad me, exauditurus sum clamorem ejus) tum accensā irā meā, occidam vos gladio, ut fiant uxores vestræ viduae, & liberi vestri orphani. Exod. XXII. 22. 23. 24. Ille cuius curruum triumphalium dantur multiplicatæ myriades, ille ascensurus in sublime & exutos ostentatus principatus infernales, ille infidens in celis colorum antiquorum, editurus voce suā tonitru majestatis, ille, cuius excellentia est in Israel & robur in supremis nubibus, ille qui est formidabilis ē Sanctuariis suis, DEUS fortis, dans robur & vires populo, ille benedictus in secula DEUS (vid. Ps. alleg.

v. 18.

v. 18. 19. 34.) non alio magis nomine gloriatur, quam illo Patri Orphani-
rum, & Vindicis VIDUARUM, quas quidem, quanti atque inaverit, in ipsis
suæ inter mortales συγγένεως s. habitationis, primordiis, Infans liquidò de-
claravit, in Anna Prophetissâ Filia Phanuelâ, ex tribu Aser, proiectâ jam
in multam etatem, postquam vixerat cum Viro annos septem à Virginitate
suâ, quæ post antecessorem ex masculo sexu Simeonem, inter amplexus &
Oscula Confessorem Christi Domini, Salvatorem mundi prima suscepit, &
Sacramentorum conscientia futurorum palam omnibus, qui redemptionem ex-
spectabant Hierosolymis, celebravit. Quænam autem illa? Erat VIDUA quæ
annorum 84, non abscedebat à templo, jejunis ac deprecationibus colens De-
um, noctem atque diem. Lucæ II. 32. 37. Ostendit Φιλανθρωπίατος
Salvator, haut ignotos sibi VIDUARUM numeros, & inter hos, VIDUÆ
Sareptanae Eliæ Propheta thaumaturgi & Zelotæ incomparabilis contuber-
nio & miraculis dignatae, pietatem, quando ad populares Nazarenos in Sy-
nagoga: In veritate, inquit, dico vobis, MULTÆ VIDUÆ erant diebus Eliæ
in Israele, & ad nullam illarum missus est Elias: sed Sareptam urbem Sido-
nia ad mulierem VIDUAM. Luc. IV. 25. 26. Ostendit vindices Viduarum
Spiritus in templo Hierosolymitano, quando Cathedrales illos s. in cathedrâ
Mosis sedentes scribas & Phariseos sic attonuit: Vae vobis scribæ & Phari-
sei Hypocritæ, quoniam sub specie pietatis & officii longarum prescum, ex-
editis domos VIDUARUM, propterea auferetis graviorem condemnationem,
Matth. XXIII. 14. Ad exequias, quas unigenito parabat Mater VIDUA in
ipsâ, quâ jam, comitante turbâ longè maximâ, efferebatur funus, portâ occur-
rens Protector VIDUARUM Θεάθρων, intuitus, matrem VIDUAM
totam lacrymis immersam, & intimè miseratus eam, dixit: Ne feto! & ta-
cto loculo editoque illo majestatis tonitru: Adolescens tibi dico: SURGE!
resuscitatum unigenitum reddidit Matri VIDUÆ, Luc. VII. 12. 13. 14. Ostendit
ad ipsas Χήρας τενιχειῶν s. viduas pauperulas, respectum sibi, & ha-
rum quoque se Vindicem declaravit, quando videns divites ampliora Gazo-
phylacio dona inferentes, pauperulam autem Viduam non nisi duos o-
bos immittentem, contra judicium seculi pro Viduâ pronunciavit:
Verè dico vobis: VIDUA hæc pauper immisit plus quam omnes
Luc. XXI. 2. 3. Ad exemplum tanti Magistri, ipsi quoque Apostoli
tum commendatissimam sibi sanctorum Viduarum curam habue-
runt, & ne in primâ illâ communium facultatum dispensatione, quic-
quam honestæ frugalitatis, Viduis deesset, adscitis in illam curarum
partem Septem-Viris Diaconis, solicite providerunt Act. VI. 1. 2. 3. sed

(2)

vel

vel illis ipsis, quibus *πάντες* in cæteros presbyteros commiserant, prout Timotheo & Tito Paulus, Viduarum peculiarem etiam curam, accommodandumque tum ab illis, tum ab inferioribus Presbyteris, & ceteris fidelibus, quorum exemplaria illi esse debebant, honorem, autoritate Apostolicâ imperarunt. instar omnium habet brevis illa Pauli ad Timotheum i. Ep. V. 3. ipsâ rotundâ επαναληφει elegans sententia: *χρηστείας οὐλως χρησις* s. VIDUAS HONORA QUÆ VERE VIDUÆ SUNT. Quænam autem verè VIDUA, ex suo, ipsisque Spiritus Dei judicio, non tacuit Apostolus sc. quæ post redditas parentibus, si qui supersint, αποιβάσ, derivatamque in liberos & nepotes, (si quos habeat) propriamque sic domum, ενοιβεῖσαι, vel si hoc quoque sit contubernio & vel omni auxilio & consortio propinquorum destituta & sic verè μεμονωμέν vel sola relicta, sperat nibilominus in Deo & permanet in precibus die ac nocte i. Timoth. V. 4. 5. Quin ex illo ipso choro VIDUARUM, ad diaconias s. ministeria & officia quædam pietatis ac vobisicias, pauperibus, ægrotantibus, mulieribus imprimitis, præstanta, feligebantur, qualis Phœbe η διάκονος Cenchreensis ecclesie Rom. XVI. 1. quarū ætate sexaginta annis circumscriptis Apostolus, ob intuta varia & infidelium calumnias, excludens ab illo ministerio Viduas Juvenculas i. Tim. V. 9. 10. 11. Secuta regulam Apostolicam purior antiquitas, nihil de VIDUARUM curâ, cultuve intermisit, ipsas pietate illustres & ætate proiectiores pari diaconias κατεισθανει, vel αγιώνισθανει (prout loquuntur) dignata, quas & πρεσβύτερους, ac, quia in Ecclesiâ superiora ceteris mulieribus loca tenebant, πρεσβυτέρους appellabant, &, per χειροθετιαν (vel χειροτονιαν) εὐλογιζεις s. impositionem manuum, non Ordinationis: sed benedictionis, ad Ministeria, mulieribus imprimitis fidelibus, vel catechumenis accommodanda deputarunt, Ecclesiasticis quoque alimentis sustentarunt, sic ut Viduarum Diaconissarum celeberrima in antiquitate memoria vigeat. Conf. Concil. Chalced. can. 15. Synod. Carth. IV. can. 12. Epiphan hæres. 79. contra Collyrid. Theodor. I. 3. c. 14. Theodos. & Valent. I. 27. C. Theod. de Episcopis & Clericis. Autor Const. Apost. I. 3. c. 15. Prout autem Apostolus Catalogo verarum viduarum expungit viduam lascivientem, ipsius judicio, vivum cadaver, & juniores illas viduas, quæ postquam lascivierunt adversus Christum, nubere volunt, queque otiosæ, circumdeunt domos, & nugaces ac cariosæ garriunt, quæ non oportet, & propterea, ne magis magisque deflectant scutæ Satanam, vult juvenculas viduas nubere, liberos signare.

gignere, domum administrare, nullam occasionem adversario ad conviciandum dare. 1. Tim. V. 6. 1. 12. 13. Ita non minus intestabiles puriori antiquitati audiunt Viduae illae, quæ Oculorum nutibus & hilaritate iuitus Juvenum comatolorum post se greges trahunt, quæ vix unquam procedunt, nisi fractus in feminam, rubicundus & candidulus affecta, vel calami stratus histrio lateri adhæreat. Nec minus infames purioribus seculis illæ multiuiae, quales vel illæ, in quas illud Martialis extat 1. 8.

Nondum tricorsim a lux est

Et nubit decimo jam Thelesina Viro
& alterum Juvenalis.

Sic fient octo Marii

Quinque per autumnos

vel cuius historiam illibata fide descripsit Hieron. epist. ad Ageruchiam Vi duam de Monogamia servanda Tom. I. oper. p. 106. Rem dicturus sum incredibilem: sed multorum testimonio adprobatam. Ante annos plurimos cum in chartis Ecclesiasticis juvarem Damasum Romanae Urbis Episcopum, & Orientis atq; Occidentis Synodis consultationibus responderem, vidi duo inter se paria vilissimorum è plebe hominum companata, unum, qui viginti se pelisset uxores, Alteram, quæ viceimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, ut ipsi putabant, matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio Viorum pariter ac feminarum, post tantas rudes, quis quem prius efferret. Vicit maritus, & totius urbis populo confluente, coronatus, & palmam tenens adoremque per singulos sibi acclamantes, Uxoris multiuiae feretrum præcedebat. Celebrata potius (salvâ nuptiarum secundarum, illis, qui oīn ἐγνωστοί, indulgentiā) ex Evangelio illa Phanuelis vidua, ex annalibus Ecclesiasticis, Marcella, quæ cum non septem annis solidis sed mensibus saltim, à virginitate sua vixisset cum Marito, servatâ, illæso pudicitia nomine. Viduitatis coronâ, longè verius & sanctius, illæ Maronis impurâ Didone, dicere potuerit

Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores

Abstulit, ille habeat secum servetq; sepulcro

Commendata Metronia per 40. annos perseverans Vidua. Laudata Furia, Camillorum Sanguis, cui acclamans Hieronymus epist. 10. Habis, inquit, generis tui grande privilegium, quod exinde à Camillo, vel nulla vel rara vestrae familiæ scribitur secundos noſſe concubitus. Cogita quotidie te esse moriturum, & nunquam de secundis nuptiis cogitabis! cui consonat ab eodem, incomparabili Virginum viduarumve Oratore, suppeditatum Salvinæ VI-

DUÆ pro servando illibato viduitatis flore consilium epist. IX. Semper in manibus tuis sit divina lectio, & tam crebre orationes, ut omnes cogitacionum sagittæ, quibus adolescentia percuti solet, hujusmodi clypeo repellantur. Et inter illas quidem, quas velut örtas x̄igas s. verè Viduas, Paulus commendavit, memorari laudarique per pietatis, pudicitiae, patientiae ceterasque. Vidua Christianæ decoras dotes meretur, illa, cui nunc supremum humanitatis officium exsolvi depositimus, & commentatione hâc ad tumulum exsolvimus, Matrona quondam primaria CATHARINA Batten / Viri Nobilissimi ac Consultissimi DN. LEVINI BATTI Doctoris Jcti, causarum in Judicio Provinciali Meckleb. Advocati solertissimi, inde Serenissimorum quondam Ducum Mekleburgicorū ULRICI & CAROLI gloriiss. recordationis Consiliarii Excellentissimi, & lectissimæ ac pudicissimæ CATHARINÆ (HENRICORUM Panfelow/ Civium olim heic Rostochii florentissimorum, unius ex ANNAE Rahetti / natæ, alterius neptis) Filia, Experientissimi quondam Doctoris & Professoris Medici ac Reipublic. Rostoch. Physici, LEVINI BATTI, ex MARGARITA PEGELIA (Magni illius CONRADI PEGELII, inde ab anno clo I^o HX. quo primum juventutis Academicæ mores & studia in Collegio PORTÆ COELI, fideliter & feliciter gubernare coepit, adusque annum 1567. & per LX. adeo fermè annos Professoris hujus Acad. Celeberrimi, Filiâ) Neptis, cui non vulgare ex majoribus decus inde, quod utrumque Preavum paternum tum à parte avæ paternæ CONRADUM PEGELIUM, tum à parte avi paterni BARTHOLOMÆUM BATTUM gente Flandrum, ipsius Magni nostri LUTHERI auscultatorem & Confessorem impavidum, habuerit, quorum alter anno clo I^o XX. impenetratâ ab Illustris. & Sapientiss. Duce HENRICO, cujus Principi Filio MAGNO, ex hâc Academiâ ad tempus in aulam vocatus, Ephori Studium addixerat, excurrendi Witebergam, veniâ, Luthero libro Juris Pontificii comburenti astitit, alter autem post inquisitionis Hispanicae pro veritate religionis, subita fortiter ludibria, ubi ad rogum jam perventum erat, admirando providentiae celestis moderamine, immutata derepente experimenta, evasit quidem: ceterum sic ut verè fuerit qualis in Amoso IV. v. Sach. III. 2. notatur וְנִזְמָן מִצְרָיִם seu ḥa- ḫes ṣabtis ḥa- ṣabtis, torris ex igne eruptus, invidentibus Confessori Martyrium, morosis inquisitoribus, & ad quam jam ductus erat. pyram, exilio in quod Uxore & 9. liberis miserabilibus, ipse lamentabilis ivit, ac confiscatione, quam vocant, honorum, quæ possederat, p̄mitantibus. Recepit tantum Confessorem, BATTORUM non heic solum: sed & per Hamburgenses, Lubecenses, Wismatienses, Rostochienses, Stralsundenses, Gryphiswaldenses

denses Proscatorem ROSTOCHIUM, de quo vel ipsuni testabitur, quod
heic in æde Marianâ Iuculentum ponè suggestum prostat, epitaphium,
cum ipsâ perennitate templi duraturum. Nihil attinet operosè commemo-
rare, quām Beatae & floridissimæ olim terris Virgini inter pulcherrima
virtutum, quæ virginalem florem decorant, exempla, ætas illa, quæ exoletas
antevortit, excucurrerit. Argumenti grande satis instar fuerit, quod Vir
plurimū Reverendus & Nobilis. DN. CONSTANTINUS FIDLERUS,
nascendi sorte, Nobilis Porussus, dignatione, Superintendens Ro-
stochiens. Ecclesiarum, & ad D. Mar. Pastor annosissimus ac fulgidissimus,
& ambiverit illam, & Conjugio stabili junctam solemni ceremoniâ anno
clo Iac XXI. domum duxerit, cum quo tanto Marito, postmodum tranqui-
lum Conjugium 23. annorū, in carne nō carnaliter vivens, coluit, in tanto Con-
cordiæ regno, septem Filiorum, unius autem Filia ANNÆ (quam unâ cum
4. Filii M. VALERIO, Past. olim Eccles. in Diterichshagen/FELICE L& II.
BUGISLAO, pî functa nostra in æterna illa Patris Cœlestis palatiâ, in
quibus post Antecessorem Christum multæ sunt habitationes, præmisit) fa-
cta Parens. Post desideratissimi Mariti anno clo Iac XLIV. præmissam cœ-
lo sobolem sequentis, obitum, quām per XXIX. annos, pietatem sinceramq;
erga Deum & homines fidem, quām in laboribus Oeconomicis educandaq;
in timore Domini subole, prudentem, non sine honestâ parsimoniâ, sedulita-
tem, probaverit, quām mansuetudinis, patientiæ, auctoritatiæ, prudentiæ etiam
& morum gravitatis, Matronis omnibus exemplum præfulserit, vereq; sic
VIDUA sperans in Deo, & perseverans in precibus, assidueque verbi divini le-
ctione & auscultatione, ex Pauli regulâ egerit, & velut MARIA unum ne-
cessarium judicans, ad pedes JESU federit, sic ut in illam, quod in Gorgoni-
am sororem, Gregor. Naz. dixit, ex vero conveniat: Non quia carni copu-
lata fuit, idcirco à Spiritu disjuncta fuit, nec quia Caput olim Virum ha-
buit, ideo primum Caput ignoravit: sed, cum mundo & naturæ paulum mini-
strasset, totam se Deo consecravit, illud silentio potius (quandoquidem publi-
cè constat) heic transmittemus, quām in transcursu, non sine deminutionis
periculo, commemorabimus. Inter novissima Monicæ Matris moriturae
ad AUGUSTINUM Filium verba l. IX. Confess. c. 10. blandissima, ipsi Filio
audita, describuntur sequentia: Unum erit, propter quod in hac vitâ ali-
quantum immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem,
priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi DEUS meus præstitit, ut
etiam ejus servum. Quod cumulatius M O N I C Æ, istud cu-
mulatissimè BEATÆ MATRI præstitit ô nauruegatw, quæ Filiorum Re-
verendo

verendorum trigam, FELICEM sc. III. Pastorem Teterodiensem, LEVIMUM, Pastorem Zeteminensem, CONSTANTINUM, Pastorem Malchinensem, in sanctiore illâ dignatione vidit, & proximis feriis Paschalibus, jam imminicentissimam sibi Davidis ætatem, supergressæ, horam decretoriam vaticinata, inter materna oscula & flagrantissima vota, Reverendis illis & Doctissimis Pastoribus Filiis, ac paulò post, cum inde à 15. April. decumbe-re, sic urgente morbo lethali, cœpisset, die XXVI. Apil. quâ ipsâ, horâ 3. matutina placidissimè expiravit, seculo valedixit, & inter excubias Angelicas, ad beatius illud, in quo *cor eius* *ad gloriam*, *in regnum dei exaltatus*, lecu-lum, senectute leniter senem illam hoc grande pelagus emensam, emitten-te, pulchreque annorum viteque saturam, ad æternam in Sinu Abrahami requiem perducente, emigravit. Nostrum erit, Matronæ, Viduæ pres-byteræ, tot Majorum, Matiti, Filiorum, propriisque decoribus æstimatissimæ quæ, prout in parentatione Gorgon. Greg. Naz. Orat. XI supernam Hierusalem patriam habuit, honestè vixit, hilaris & cum meliori spe discessit, ubi funus efferetur, exequias frequentes ire, & illâ fine in templo Mariano paulò ante horam primam merid. eleganti numero comparere, quod, ut fiat, ab Omnibus Omnia Ordinum Civibus Academicis
cà quâ fas est, autoritate & humanitate
contendimus.

P.P. die Athanasii s. XX Maij, A. O. R.
clo^bc LXXII, sub Sigillo Rectoratus
Academicus,

Minut. Felix

Dei miles, nec in dolore deseritur, nec mor-te finitur. Christianus miser potest videri:
at non inveniri.










Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777444690/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444690/phys_0016)

DFG

deūses Prosatorē ROSTOCHIUM, de
 heic in æde Marianā luculentum ponē su
 cum ipsā perennitate templi duraturum.
 morare, quām Beatæ & floridissimæ olim te
 virtutum, quæ virginalem florem decorant,
 antevortit, excucurrit. Argumenti gran
 plurimū Reverendus & Nobilis. DN. CC
 nascendi sorte, Nobilis Porussus, dig
 stochiens. Ecclesiarum, & ad D. Mar. Pasto
 & ambiverit illam, & Conjugio stabili jun
 clo Ic XXI. domum duxerit, cum quo tanto
 lum Conjugium 23. annorū, in carne nō carna
 cordiæ regno, septem Filiorum, unius auten
 4. Filiis M. VALERIO, Past. olim Eccles. in
 BULGISLAO, pī functa nostra in ætern
 quibus post Antecessorem Christum multæ
 cta Parens. Post desideratissimi Mariti ann
 lo sobolem sequentis, obitum, quām per XXII
 erga Deum & homines fidem, quām in labo
 in timore Domini subole, prudentem, non si
 tem, probaverit, quām mansuetudinis, patien
 & morum gravitatis, Matronis omnibus exe
 VIDUA sperans in Deo, & perseverans in pre
 ctione & auscultatione, ex Pauli regulâ ege
 eessarium judicans, ad pedes JESU federit, sic
 am fororem, Gregor. Naz. dixit, ex vero co
 lata fuit, idcirco à Spiritu disjuncta fuit, ne
 buit, ideo primum Caput ignoravit. sed, cum n
 strasset, totam se Deo consecravit, illud silentio
 cè constat) heic transmittemus, quām in tra
 periculo, commemorabimus. Inter novissim
 ad AUGUSTINUM Filium verba l. IX. Con
 auditæ, describuntur sequentia: Unum erat,
 quantum immorari cupiebam, ut te Christi
 priusquam morerer. Cumulatiūs hoc mib
 etiam ejus servum. Quod cumulatiū
 mulatissimè BEATÆ MATRI præstitit ô



the scale towards document

testabitur, quod
 stat, epitaphium,
 operosè commi
 ter pulcherrima
 illa, quæ exoletas
 fuerit, quod Vir
 US FIDLERUS,
 per intēndens Ro
 ac fulgidissimus,
 ceremoniā anno
 modum tranquill
 luit, in tanto Con
 (quam unā cum
 /FELICE I & II.
 celestis palatia, in
 nes, præmisit) fa
 7. præmissam cœ
 atem sinceramq;
 micis educandaq;
 simoniā, sedulita
 prudentiæ etiam
 lserit, vereq; sic
 ae verbi divinile
 ARIA unum ne
 uod in Gorgoni,
 quia carni copu
 olim Virum ha
 & paulum mini
 doquidem publi
 ine deminutionis
 Matris morituræ
 diffissima, ipsi Filio
 in hāc vitā ali
 icum viderem,,
 us præstitit, ut
 CÆ, istud cu
 & Filiorum Re
 verendo

032

Patch Reference Chart TE263 Serial No. Image Engineering